

Gerhard Grote


**Auspice Gameliarcha Missus Metrici, In solemnem Nuptiarum festivitatem ... Dn. Johannis Samuelis Heisterman de Zielberg ... Sponsi, Nec Non Tam animi quam corporis dotibus ... Virginis Mariae Elisabethae, Viri ... Dn. Johannis Adolphi Kielman ... Filiae suavissimae, Sponsae, Non tam moris quam honoris ergo apparati, oblata & ad apponendum transmissi**

Schlesvici, 1652

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn766336263>

Druck Freier  Zugang







MUNIA  
DEN

1783 21 Kuffen


Ac-12<sup>1-12.</sup>  
1-51 <R>









116







Auspice Gameliarchâ,  
MISSUS METRICI,  
In solemnem Nuptiarum festivitatem

NOBILISSIMI, MAGNIFICI, CONSULTISSIMI,  
omni æquitate, eruditione & virtute eminentissimi,

**DN. JOHANNIS**  
**SAMUELIS HEISTERMAN**

de **ZEVEN**

ILLUSTRISSIMO ET CELSISSIMO PRINCIPI  
ac Domino,

**DN. FRIEDERICO,**

Hæredi Norwegiæ, Duci Sleswigæ, Holfatiæ, Stormariæ  
ac Dithmarsæ, Comiti in Oldenburg & Delmen-  
horst, &c.

A CONSILIIIS INTIMIS AULICIS,  
& Phrisiæ Eidorensis Præsidis uti dignissimi, ita vigilantissimi,

SPONSI,

NEC NON

*Tàm animi quàm corporis dotibus Nobilissima Lectissimaq;*

*VIRGINIS*

**MARIÆ ELISABETHÆ,**

VIRI

NOBILISSIMI, MAGNIFICI, AMPLISSIMI,

**DN. JOHANNIS ADOLPHI KIELMAN,**

Jcti Excellentissimi, Illustrissimi & Celsissimi Principis ac Domini,

**DN. FRIDERICI,** Hæredis Norwegiæ, Ducis Sleswigæ, Holfatiæ, &c. Con-  
filiarii Intimi & Cancellarii gravissimi, dignissimi, fidelissimi, S. R. Imp.

Exempti, Capituli Hamburgensis Præpositi Perreverendi, &c.

Filiæ suavissimæ,

SPONSÆ,

*Non tàm moris quàm honoris ergò apparatus, oblatis & ad apponendum  
transmissi*

GERHARDO GROTENIO, Eccles. Coldenbuttelenfi.

SCHLESVICI, Anno DOMINI M DC LII.



2



Multivolæ est insignis honos jus dicere plebi,  
At secum immensum, credite, raptat onus.  
Non sic Atlantem vastus fatigat Olympus,  
Prætoris scapulas lassat ut imperium:  
Monstraq; non tanto stravit Lernæa labore

Herculeum est igitur munus, clarissime Jane,  
Heistermanniacæ splendide stirpis honos,  
Principis ex iussu, sic disponente benigno  
Numine, dum nostrum, ast ritè, tribunal adis.  
Quarè lenimen meritò quasisse videris  
In lecti socii foedere legitimo.

Namq; Deus placidam quem vult traducere vitam,  
Præcipit huic casti vincla subire tori,  
Atq; fide sociam huic dat plus quàm Penelopæa,  
Blanda virum lassum quæ recreare queat.

O te felicem, Vir nobilis, optime Sponse,  
Obvenit en talis Sponsa petita tibi.

Illa ut mellito vocitatur nomine Elisa,  
Sic tibi vera quies, dulce levamen erit.

Nil dubites: In nived quæ fulva monilia collo

Fert, ejus dotes exsuperant animi.

Summa etenim pietas, humilisq; modestia totam

Ornat eam, suavi nectar ab ore fluit.

Atq; videbatur talis tantum tibi desse,

Defectum supplet larga Dei bonitas.

(Nam quæ fortunæ tibi desunt munera? nunquid

Gloria majorum, jugera, nummus, agri?

Quid dicam fato fiunt connubia, fato

Nonnè tua hanc Sponsam Magnificètia habet?

Quos Deus ipse ergo junxit, vos mutuo amate,

Vester nepenthes sic puto lectus erit.

Nam quod credentum de sancto dixit amore

Vates, prognatus sanguine Tharsiacò,

Hoc

Hoc sub eo prenfus præstat, nî dulcia amara  
Quod sint, tu dicas, conjngialis amor.  
Iram compescit, quæ sunt facienda, benignè  
Exequitur, Zelo libera fræna negat.  
Impia nec lingua serit en tibi bella procacis,  
Vento gloriolæ non tumet insolitæ.  
Non agit oblcænè, non quærit commoda priyâ,  
Non se velanam colligit in rabiem.  
Non versat mala mente suâ, non jure silente  
Gaudet, ut alterius quando salus agitur.  
Alterius mores palmæ victricis adinstar  
Fert, verbo quanquam non ita confimiles.  
Cunctaq; cum credit, tum sperat, sustinet omnes,  
Queis premitur, casus, & sine fine manet.  
Hunc Deus omnipotens confirmet, adaugeat, atq;  
In vobis seruet, magne Patrone, precor.  
Quæ comitare solent casti consortia lecti,  
Averruncabit sic mala perfacile.  
Huic addat, tectis vestris sit semper hygeia,  
Vires sint vegetæ, membraq; sana simul.  
Plurima quid prodest facti infectiq; metalli  
Massa, quid argentum? mattea quidve juvant?  
Cum phtisis imminuit vires, cum dira podagra,  
Calculus atq; gravis discruciant misere?  
Cumq; artus teneros depascitur arida febris,  
Non sine tormentis heu hypochondriacis?  
Nil planè: innumeros ergò feliciter annos  
Vivatis sani, nobile par, voveo.

JOANNES SAMUEL HEISTERMANNUS  
A SIELLBERG.

per ἀνάργ.

SI LEA, NEGES MUNUS: NON; RAHEL,  
ESTER AMABILIS.


Evolutio.


**O**ptima divino contingit munere conjux,  
Ast huic qui servit cum pietate Deo.  
O dilecte Deo, tali te munere dignum  
Censeo, & id cesfit jam tibi, dante Deo.

Grata

Grata sume manu: LEA SI tibi Ippa veniret,  
Forte NEGES MUNUS : (lumina blanda placent.)  
NON ; sed in amplexus perpulchra venit tibi RAHEL,  
Cujus contendunt lumina sideribus.  
Quin & quæ duris in rebus, AMABILIS ESTER,  
Verbis flexanimis te recreare valet.  
Gratia quam decorat, Sophiæ quam gloria veræ.  
Comprobat, & pietas, quâ colit ipsa Deum.  
At Deus omnipotens, qui tanto munere Sponsum  
Dignatus, tua ei munera multiplica.  
Ipsius & Sponsæ mentem uni, tempora junctis  
Mitia da, crescat prole beata domus.  
Perdoctus Sponsus tunc nomen & omen habebit,  
Atq; Hestermannus, sic mihi verus erit.







ferunt ex optatissimi nati! Et quid de filiabus Tuis dicam,  
 cui & seculi ornamentis? quæ & ipsæ nobilissimas familias, ge-  
 sanguine, in novas inclytasq; stirpes succrescente, illustrant? In-  
 prima, MARIA ELISABETHA (quæ lux & gloria fœmina-  
 generoso Dno JOHANNI SAMUELI HEISTERMANNO  
 LBERG collocata. HEISTERMANNUM autem cum dico,  
 ntum aliquod exemplum in omni cultu civili ac habitu perfecti  
 co. Ita enim in eum, & morum concinna Suavitas, & rerum  
 darum cum variâ eruditione peritia, atq; eximius planè animi  
 or confluerunt, ut quâ parte horum magis mereatur æstimari,  
 le oppidò sit decernere. Ego certè ab ipsis planè Gratiis elabora-  
 sse virum judico. MARIE ELISABETHÆ natu proxima  
 A MARGARETA, è celebratissimâ BROCKTORFIORUM  
 A MARQUARDO WOLFGANGO, heroi strenuo nupta.  
 citas est SOPHIÆ AUGUSTÆ, natu in hâc pul-  
 minimæ, quæ WOLFGANGO BUCHWALDIO,  
 pis generosissimæ propagini sociata, extendere in se-  
 m profapiam, & novas ac eminentiores in eam virtu-  
 promittit. Sunt hæc profectò bona omnia tanta, ut  
 n commemorationem oratio mihi vix suppetat, de-  
 atq; succubitura, si pro dignitate singula exornare in-  
 n esset. Retribuit DEUS pietati Tuæ, Excellen-  
 , quando inter medios fragores bellicos, inter alter-  
 mirabiles & periculosissimas vices, inter invidorum,  
 lorum insidias, odia, crudelissimasq; minas, Te ani-  
 fractum, integrâ gloriâ, florente famâ, constante  
 erum ac populi favore, dignitatibus salvis & insuper  
 vit, servavit, munivit, atq; ita evexit, ut vix amplius  
 is divina illa faventia potuisset adstruere. Tu intereà,  
 Domine, inter tot ac tanta Tibi propria decora atq;  
 hil abis à pristinâ tuâ humanitate, & verecundiâ ac  
 â modestiâ. Quæ maximus Princeps, quæ Patria, quæ  
 Atlantæis tuis pro communi egregio exhaustis labori-  
 pendere, & promptissimâ manu Tibi tuisq; offert  
 non nisi trepidè atq; cunctanter, hæsitans ac multum  
 , ut modestissimi solent, admittis. Quæ res profectò  
 m in ejusmodi admirationem rapit, ut agnoscere pa-  
 inter omnes divini animi tui dotes, omnia decora,  
 se maximum, quod publico natus factusq; bono  
*edicari* malis. Sunt omnia, quæ hæctenus de Te  
 mihi

